

Johann Sithmann Barthold Prölaeus


**Disputatio Quinta Iuris Institutionum De Rerum Divisione Ad § 1. 2. 3. 4. 5.
usq[ue] ad II. tit. I. lib. II ...**

[Stettin]: Rhetius, 1649


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757239633>


Druck Freier  Zugang





V. K. 2 (165.)





DISPUTATIO QUINTA
JURIS INSTITUTIONUM

DE

RERUM DI- VISIONE

Ad S. 1. 2. 3. 4. 5. usq. ad II. tit. 1. lib. II.

Quam

Deo clementer annuente

In Regio Stetiniensium Gymnasio

Sub Præsidio

VIRI Consultis & Excellentis

*DN. JOHANNIS Stchmann / D. J. U. Pro-
fessoris ibidem Ordinarij, Præceptoris & Fautoris
ætatem honorandi.*

*Publicè LL. Studiosæ juventutis examini
submittit & pro virili defendendam
suscipit*

*BARTHOLDUS PRÖLÆUS,
Stolpens Pomeran.*

*anno æræ Christianæ clc lcc II.
Die IX. Martij.*

In Auditorio Majori, horis ab VIII. matutinis.

Typis RHETIANIS.

VIRIS

*Magnifici generis Nobilitate, stemmatis antiquitate,
virtutum gravitate, amplitudinis dignitate,
eruditionis singularitate præstantissimis,
præcellentissimis*

DN. GEORGIO à Zitzwitz / Illustrissimæ
Principis de Croja & Arrschot &c. &c. Consiliario & Ca-
pitaneo longè meritissimo, Hereditario in Schmolsin / Warglin /
Zurkfe / &c.

DN. HENRICO Braunschweig / florentissimæ Stetinen-
sium Reipubl. Consuli Spectatissimo dignissimo,

DN. DANIELI à Witzlaff / Magistro Equitum admodum
strenuo, Hereditario in Cartzin & Schwuckaw.

DN. CHRISTIANO LANGIO, S. Cæsarei Palatii
Comiti, Reip. Stetin. Prætori ac Judici gravissimo famigeratissimo.

DN. M. ANDREÆ PRÖLÆO, totius Dioceseos
Stolpens. Præposito vigilantissimo, ut & aulæ ibid. Concionatori fide-
lissimo.

DN. JOHANNI Tesen / Reip. Stolpens. Senatori per-
quàm digno, Civi & Mercatori primario

*Dnn. Mecænatibus, Hospiti, Patronis, Fautoribus,
Parenti & Cognatis suis summis colendis, per-
petim venerandis*

Hoc

*Gratitudinis ἀναπόσειμα
Debitæ observantiæ ἐπίδειγμα
Juridicum ἀγώνισμα
Sacrum vult*

BARTHOLDUS PRÖLÆUS
Stolpæ Pomer.



Et mente Ingenuâ scandere non omnis neci.
 Pitrem, Tarsensis provexit Paulus ad altū
 Præpositiculmen, cœlica Jura docens:
 Te, Castrensis amat, Themidos sublimia confert
 Jura tibi, ut profis atq; foro, atq; Polo.
 Ergo ut præclaro de Patre es natus; Ita auge
 Et Patris, atq; tui nominis, omne decus.

faventer vovet

PRÆSES.

IN patria qui sis quondam Bartholde futurus,
 Quemq; inter Doctos fama datura locum,
 Indicat egregius Tuus hic conatus alacris
 Pallada dum sequere, & sacra Themistos adis.
 Quæris id, Eunomies quod lumen Bartolus olim
 Scripsit, si pergis, Tu, modo, Baldus eris.

Ut debuit voluit apponere

JOHANNES LOBEDANI,
 Lusatus.

PRælia Præleus, sacra qui stipendia castris
 Laude sub Aönidum fecit adusq;, refert
 Judicio solvens sinuosa sophismata nexu,
 Cæcaq; contortis dicta vibrata plicis.
 Sic cum deponit Uulcania Marspiter arma
 Prosperius Pallas jam sua bella gerit.
 Eventu meliore quidem: tela hæcce vibrata
 Mortifero haud stringunt vulnere, ut ista, cutem.
 Hinc

Atmetaq; capiti præmia digna gravi.

Fausæ acclamationis intimiq; affectûs
contestandi causâ apponebat

JOHANN - JACOBUS SCHNÜRERUS,
Zitiâ Lufaus.

INtraſti Themidos penetralia, ſanctius illa
Perluſtra aſſiduus: nam ſic TIBI adorea ſurget.

Dno Prôlæo Amico
Amicus f.

JACOBUS GÖTTEN, Lubec.

Ingenium ſignat, qui doctos exhibet auſus
Magnaq; per parvos audet adire gradus.
Ut ſis perfectus Sancti *Res divide Juris*:
Et quæ recta vides, elige: Magnus eris.

Hoc amoris ergò ſympatriotæ ſuo
apponebat

Christianus Züllichius, Stolpa Pom.

Inclita Juridicæ penetrare ſacraria Divæ
Qui geſtit, magnum ſuſcipit artis opus.
Sed tentare licet; nam ſic juvat ire *Corinthum*.
Tu tentes vires, quid tolerare queant.
Pergito Tentando Prôlæe auferre coronam,
Cultori præbet quam Themis alma ſuo.

Hæc conterraneo ſuo ſingulari honôris
ergò apoſuit

EBERHARDUS *Fischer*/
Stolpâ Pom.

DISPUTATIO QVINTA
DE
RERVM DIVISIONE.

Ad Lib. 2. tit. 1. §. 1. 2. 3. 4. 5. usq; ad II. inclusivè

RESPONDENTE
BARTHOLDO PRÖLÆO

Stolpâ Pom.

Ad Princip.

DE *Personarum* jure primo objecto juris hactenus actum, proxima nunc sequitur *Rerum* tractatio. Sed anne anticipanda *Obligationum materia*? Vulteianam hanc hæresin proclamant Bocerus, Antonius Matthæi, & qui non alii, comminiscentes *jus personarum* consistere in *statu & obligatione*. Idcirco obligationes immediatè jungendas personis, *Nihil est*. Aliud *jus personarum* est; Aliud *personale*. Illud intrinsecus hominem afficit, & quasi constituit ut necesse quâ statum talis sit vel liber, vel servus, sui, vel alieni juris. Hoc accedit tantùm ad hominem extrinsecus. *v. c.* obligatum esse tantum est *jus personale*, non intrinsecum personarum.

2. Non *obst.* quod me hercle vaniter opponunt 1. In substantiam obligationis de rebus nihil intrat, sed tota in eo consistit, ut Persona personæ obligetur *l. obligationum substantia ff. de O & I*. Jus igitur *Rei* definiri nequit Anton. Math. *hic in not. Resp.* Obligatio propriè, & à priori non est modus acquirendi *jus in re*, sed *jus ad Rem*. Ideo rebus annumeratur, & quidem ratione rei obligatæ, & actionis quodammodo videtur esse in dominio *l. 49 ff. de U. S. §. alteri 18. Instit. de Inutil. stipulat. §. incorporales Inst. de reb. corporal. & incorporal. l. 1. §. 1. ff. de R. D. 2. Neg. Maj.* Immò ipsa substantia, & Formalitas, quæ personam personæ adstringit, est *res*, vel *factum*, alioquin nexus ille, vel vinculū adstrictionis esset plane fictitiū, & nullum, nemo quippe alteri nisi ex certa causa obligatus est. *E. res seu causa substantiam obligationis intrat, d. l. obligationum.* 3. ibi: *Sed ut nobis alium adstringat ad dandum aliquid, vel faciendum*

A

dum

dum, vel præstandum. Quæ datio vel præstatio certè non dicenda obligationis nudus effectus, sed interna & genuina ejus Natura & substantia quod *d.l. 3.* clarè innuit.

3. *Non obstat.* 2. Ex obligationibus nascuntur actiones personales non reales, ut ex dominio. E. obligationes ad jus rerum non pertinent, Resp. Non rectè metimur actiones ex Jure rerum, vel personarum, neq; res propriè dicitur obligati. Tum demum intenditur actio *realis* quando *solam* rem persequimur per *vindicationem*, quantumvis reperiatur apud eum, qui nullo Jure nobis obligatus est. *Personaliter* agimus per conditionem, contra certam personam, quæ nobis rem dare promisit, vel dare quovis modò obligatus est, unde resultat Jus personale, non *personæ*. Nec *obstat* 3. Obligationes ex facto seu delicto descendentes à rebus omninò remotæ sunt. Vult, *hi. n. 2. in fine.* Resp. Facta comparantur rebus, immò delicta dicuntur ex *renasci l. 4. ff. de O. & A.* Duo namq; sunt obligationum modi, Conventio & Delictum *l. 1. & 5. ff. de O. & A.* Vult ego ipso testante *lib. 1. n. 3. tit. 14. n. 15. & lib. 4. tit. 1. n. 3.* Ad plura hujus rei non provehor, quæ reliqua dilucidabit conflictus & quando de obligationum materiâ agere erit opportunius. *Obiter addo,* Petrus Loriottus Lipsiensis Professor sectæ hujus, vel paradoxo primus extitit Autor, non Vultus, cui communiter Dd. hoc faviter attribunt, quod monui in *Disp. 2. de princ. Juris Thes. ult.* Rejctis ergo ad rerû cõmercia obligationibus Titulo nostro jam protinus nos accingimus.

4. Titulus duas continet partes 1. *De Rerum divisione.* 2. *De acquirendo earum dominio.* Hanc ab omnibus manuscriptis abesse refert Concius & Ruffard, *hic* ipseq; Theophilus eam omisit. Verum quia utramq; materiam complexus hõc titulo est Tribonianus, titulus hic ita, atq; aliter ac in Digestis inscribendus fuit. Nos autem propter amplitudinem materiæ primam tantum impræsentiarum partem, pagellis disputatoriis includimus. Variant in tradendo schemate Dd. *Alii:* Jus rerum est vel in *dominio* vel *obligatione.* *Alii* est vel in *dominio: possessione,* vel *obligatione.* *Alii* vel *in re,* vel *ad rem.* Quæ singulæ distributiones nihil implicant contrarietatis, sed una pro distincto considerationis respectu explicat alteram. Jus rerum *in re,* est quadruplex, 2. dum *Bacchov. de actio. Disp. 1. th. 14 & Disp. 2. th. 9. & alios.* vide Ludovic. Molina Tom. 1. de *Iust. & jure tract. 2. Disput. 2.* consistens in *dominio, servitute possessione & pignore.* Mallet per *διχοτομίας* in *dominio & pignore.* Dominium relictis

licet aliis definitionibus suis autoribus, est jus quò *res nostra est*. Sit res quæ sit, nil interest. Ideò est vel rerum *corporalium*, quatum spectatur divisio & acquisitio, quæ fit tam Jure *gentium* quàm *civili*; vel *incorporalium* ut *servitutum*. l. 5. ff. *de rebus aut. judic. possid.* l. 3. ff. *si usus fruct. petat.* l. 15. §. 8. ff. *quod vi aut dam. quæ non tantum Jure civili sed & gentium acquiri possunt. Et possessionis* l. 2. C. *Vbi in rem actio* l. 2. C. *de probat.* Nec *obstat*. l. 12. ff. *de acquir. possess.* Resp. ibi rectè Gothofred. pro *nihil legit nonnihil* ac probat. Dicitur autem possessio etiam facti l. 1. ff. *de acquir. & amittend. possess.* Quòd tamen ratione domini de *pignore & hypotheca* non adeò aptè est asserendum §. *contra autem creditor. Inst. Quib. alien. lic. Hereditates* tamen jure civili acquiruntur.

5. Superstitiosi sunt præsertim Hunnius, & Anton, Matth. qui domini *directi & utilis* vel *quasi* distinctione Magistrali offenduntur, quasi verò rectius dicatur dominiū *verū* vel *quasi*. *Illud Rei esse, hoc juris* ut putat Vultej. *ad h. tit. n. 25*. Uti enim dominium *plenum* quis cum ratione non diffitebitur; ita dominium omne tantum esse rerum *corporalium*, ejusq; per omnia cum proprietate terminos esse convertibiles, cum Cujacio 10. *observ.* 16. & Donello 9. *Comm.* 8. vix asseverabit. Non *obstat*. l. 7. l. 13. l. 36. ff. *de acquir. domin.* Resp. Textus loquuntur vel de dominio pleno, veluti in l. 2. ff. *Quibus modis usufruct. l. qui usumfructum* 36. ff. *de usufruct.* vel ut in l. 4. ff. *de adim. legat.* vel rerum tantum *corporalium* non *incorporalium*, quarum etiam esse dominium *thes. anteced.* probatum. Non *obst.* l. 1. ff. *de usu & usufruct. Legat.* Resp. servitutes reales non sunt in bonis seu fundis propriis sed alienis. In bonis sunt ratione actionis confessoria & petitionis. Nec *obst.* l. 1. *rectè dicimus* 25. ff. *de U. S.* Resp. *Uti fructus* non est pars Domini *h. e.* fundi Sed potius *servitutis h. e.* Juris seu servitutis in fundo constitutæ. Porrò jus *ad Rem* est *Obligatio*, quæ propriè & à priori vid. *thes.* 2. dominium excludit.

6. Nunc primum ergo rerum *corporalium divisio* occurrit. Gajus in l. 1. *de R. D.* summā ait rerum divisionem esse, quod aliæ sint divini aliæ humani juris Justinianus & Tribonianus hic eundē quidē scopū attingunt dicendo, res esse vel in nostro patrimonio scilicet *privato* vel *extra*. Varii hic interpretes. Nos nitamur hanc tabulā, Res *Extra* patrimoniū sunt vel *negativè* vel *privativè*. *Privativè* includo omnes res *Communes*, quæ sunt tales vel in *genere* h. l. *communes omnium gentium quæ usum*: vel in *specie* *communes*, vel certi alicujus populi, ut *publicæ*, vel certæ *universitatis*,

Atatis, de quibus v. thes. Negativè sunt *Res divinæ*, eæq; vel *verè tales* ut *sacræ* & religioſæ, quæ & dicuntur nullius (ſcil. *hominis*) vel *quæſi* ut Sanctæ. In Patrimonio ſeu bonis ſunt generaliter, vel *in quibus* vel *ad quas* jus habemus, vel quæ per modos acquirendi de *jure gentium* & *civili* acquiri noſtræve fieri poſſunt.

Ad §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. uſq; ad it.

7. Res in genere communes, *nullius privati* ſunt, quæ *proprieta-tem* ſub hac proprietatis reſtrictione, ut non repugnet eſſe poſſe *alicujus*, vel per occupationem *Veram* vel quendam *participationem*. v. c. Feræ beſtiæ volucres, piſces ſunt *communes*, quatenus à quovis de more veteri capi poſſunt; *nullius*, antequàm captæ ſunt, ut tamen ab aliquo capi poſſint non repugnat, hinc *aëre, aquâ profluente* (quæ eſt ipſa aqua fluminis profluens quicquid ſcrupulentur Accuſius. Myſing. & alij) non aliter utor, niſi quantum reſpirando, vel hauriendo meum facio. Utimur & aëre ædificando alius de quo vid. *diſp. 7.* Hoc tamen, ut res communis alicujus privati eſſe poſſit in publicis & univerſitatis quæ talibus repugnat. Sed *anne aëris & aquæ profluentis reſpectu vana eſt inter uſum & proprietatem diſtinctio?* Adſtipulor Hotomanno quæ res cōmunes in genere non in ſpecie ſumptas. Illis eadē definitio aptari non poteſt, quod vidim⁹ in aëre & aqua profluente. Idem eſt in feris, quibus quatenus utimur, noſtras facimus. *Aliter*. Littora maris quæ uſum ſunt communia de jure gentium. Ripæ ſunt communes de jure gentium. Ædificans autem in littore ſit ædificij dominus. *l. in. tantum. ff. de R. D.* quod enim nullius eſt cedit occupanti. *l. quorum 3. ff. de acquir. rer. domin.* Non verò ædificans in ripa ſit dominus ædificij, ſed ædificium cedit ſolo §. *ex adverſo Inſt. it. h. tit. l. 15. ff. de acquir. Dom.* Riparum n. proprietates illorum eſt, quorum prædiis hærent, *l. ergo 30. §. Celfus i ff. eod.* Uſus ergo in rebus publicis & Univerſitatis à proprietate eſt ſeparatus.

8. Pilam ergo ſeu molem quis in Mare jacere poteſt, & eatenus mare occupare *l. 3. & 30. in fin. ff. de acquir. domin. l. 2. §. 8. l. 3. ff. Ne quod in Loc. pub.* Et in eo ædificare, ut fecerunt *Veneii*, vel in littore ut *Genueſes* quod non eſt prohibitum. Eſt enim de Jure naturæ, & gentium primævo maris uſus communis omnibus hominibus ut aëris *l. 3. §. 1. ff. Ne quid in flū. publ.* & quia nullius eſt, quæ proprietatem cedit occupanti. *l. ergo 30. §. ult. ff. de acquir. rer. domin. l. 14. ff. eod.* adeo ut ſi ex alicujus poſſeſſione egrediatuſ ad priſtinam revertatur cauſam. *d. l. 14.* Quæ tamen indefinita

nita libertas legibus specialioribus restricta est, ut hæc talia communiter non aliter facere liceat, nisi liberò & salvò manente maris, ac littorum usu, & fiat cum autoritate Prætoris. p. l. 50. ff. de acquir. rer. Domin. fac. l. 2. §. 16. ff. Ne quid in loco publ. præsertim si quid fiat vel ædificetur in littore Gothofred. ad l. 14. ff. de acquir. rer. domin.

9. Accessit secundum Celsum in l. littora 3. ff. ne quid in loco publ. Populum Romanum Imperium habere in littoribus, quod Imperium ac jus maris & littorum non obscure confirmare videtur Florus & Plutarch. in Pompei. ajens Pompeium ex Scito Gabiniano missum esse ad vindicandum à Cilicibus Piratis mare Mediterraneum, quod intra est columnas Herculis, eumque; illud adeò pacasse refert Dio. lib. 36. ut neque; in terra neque; mari esset qui resistere posset, quod & biennio ante eum præstitisse M. Antonium testatur Paternus, quod jus populi ad Imperatores postea devenit, prout exemplis egregie declarat Selden. de Mari Clauso. lib. 1. c. 8. & 14. qui dominium maris non tantum quæ jurisdictionem, sed & proprietatem asserit ab usque; populi Judaici temporibus ad nostra inter Romanos variasque; alias gentes totius orbis continuatum. Contra H. Grotium nullum uti videtur maris dominium, sed omnibus hominibus liberum ejus usum tuetur, & principaliter agit Batavos à navigatione ad Indica commercia non posse à Lusitanis prohiberi. In dissert. Mare liberum.

10. Næ haud sit hæc lis nostra. Ut verò Labeonem secutus in alterius verba non facile Juro, disputandi causa, quod protestor, Academicæ & literaria libertate fretus, verbulò ajo. Mare de jure naturali & gentium primævo liberum esse, & omnibus commune, quæ jus gentium secundarium vero, pactis, conventionibus, Confœderationibus, & præscriptionibus in dominium posse converti. Dein aliis gentibus quæ hujusmodi Jure non utuntur, mare esse liberum, quatenus legibus primi acquirentis se accommodant, vectigal conventum solvunt, nec prohibitas merces, nec arma ad hostes transportant, hisce & aliis causis potest mare, & usus Maris alijs atque; alijs ex Justis causis inhiberi à Dominis vectigalia, & Regalia possidentibus, quod dominum procul dubio asserendum est in mari Mediterraneo: Helleponto: Mari Egeæ. Adriatico: Ligustico: Tyrreno: Balthico & similibus maribus Internis. Sed Nemne in Oceano maris Atlantici & Australis? Hoc gloriantur Lusitani, Hispani & Castellani, quasi primi inventores, occupatores Insularum Indorum,

rum. Sed quia res hæc non juris sed meri est facti nondum probati, negotium ad quos pertinet, decidendum relinquimus.

11. Flumina *publica* sunt. Primum horum proprietas & Jurisdictio pertinuit ad populum Romanum, deinde ex l. Regia continuata est ad Imperatores occidentales & orientales, quorum Jurium quæ Legem Regiam nihil ad Carolum Magnum translatum est, quod Germaniam concernat. Demum Fridericus I. 24. post Carol. M. Imperator. A. C. MCLII. electus flumina navigabilia, & alia navigabilia, facientia ad Regalia Fisci. *b. e.* privatum Principis patrimonium retulit, ut ex redivit piscinarum, portorii & vectigalibus pro usu navigantium imposito arariū Principis sustentaretur, cujusmodi Regalium plura Exempla ponuntur, sed non finiuntur in c. *Quæ sint Regalia* 2. F. 56. Ex quorum causa annui reditus Imperij Romani fuerunt tempore Friderici I. Barbarossæ 60. Tonnæ auri. *Besold. disp. polit. 3. Cl. 6. 7.* Quibus Regalibus cæteri Reges, & Regna ab Imperio avulsa rectè utuntur, refert Daniel von Wessin contra Britanniam apud *Frider. Achillem.* Angliam in annuis redditibus habere millionem, aut cum excessu quindecies centena millia coronatorum.

12. Regulariter ergo Flumina publica (cum privatis n. *ex l. 4. in fin. ff. de R. D. l. 1 §. 3 ff. de flum.* nobis nullū est negotium) & jus vectigaliorū Suetō. in Aug. & porteriorū ad populū non spectat, cujus loca flumen præterfluit, sed ad Imperatorem & Reges Regalia tenentes, ad quos etiā spectat alveus. Heig *q. 40. n. 129.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 3. n. 13.* nisi ab hisce habeant Jura hæc superiorem agnoscentes Imperij status ex Investitura, aliove titulo lucrativo, aut oneroso, aut præscriptione acquisita. Ideò non licet privatis, vel etiam civitatibus Municipalibus in fluminibus publicis aquæ ductum imponere *l. 1 & 2 ff. de flumin.* vel molidinum ædificare, ne Jus Regalium confundatur, vel impediatur usus navigandi liber nisi hoc fiat cum consensu Principis Regalia tenentis, vel civitas contra Principem jus illud legitime præscripserit. Ita Nobilis Fluvius navigabilis Odera Stetinum præterfluens, & per lacum *Strischehoff* in mare Balticum se effundens, quæ Regalia, & proprietatem ad principes Pomeraniæ, eorumq; successores pertinet, quibusdam fluminibus interioribus exceptis, quæ ex donatione Ducum reservatis tamen eis Regalibus, sibi vindicat Senatus. Proinde in hoc fluvio molen-

molendina ædificare sine concessione Ducum senatui minime est licitum Vid. Transact. de Anno 1612. Inter Duces & Civitatem conclusam. 3. & 4. puncti Princip.

13. Non obstat l. fluminum 24. ff. de damno infect. ibid. In his igitur (fluminibus publicis) licet curvis ædificare & destruere, dum tamen hoc sine incommodo cujusquam fiat. Resp. ad h. l. Bachov. in Comment. hic. Sed ita reor tutius. Si fiat cum Consensu Prætoris, olim populi Romani, hodiè Imperatorum, Regum, Principum, vel Civitatum Regalia tenentium. Si enim in rebus de jure gentium primævo, & naturali communibus, & proprietate nullius non quævis pro cujusvis libidine ædificare permisum fuit, quod differtè tradunt ll. in thes. 8. allegatæ; Multò minus licere potuit in rebus publicis, quæ ex occupationibus populus Romanus quæ proprietatem suas fecit, & à serie rerum Communium segregavit, in quibus nemini sine permisso populi, aut Principis quicquam disponere licuisse testantur. l. 17. de servit. rustic. præd. l. 6. in. pr. de Contrah. empt. l. quo minus. de flumin. & d. ll. in th. 8. Mirum qui Hunnius d. l. Fluminum 24. contra jus antiquum, & mores modernos defendit. in resolut. lib. 2. Tract. 1. q. 10. Certum enim rerum publicarum, quæ talium à singulis non dari occupationem. Vid. thes. 7. Idemque sentit Bachov. h. l.

14. Amplius sequitur, & usum fluminum publicorum esse restrictum. De Jure naturali, seu gentium primævo jus navigandi & piscandi in fluminibus publicis, & portibus est commune, atque hoc jure penè convenit, cum mari & littore, in quibus si quis prohibeatur navigari, aut piscari injuriarum expetiri potest l. 1. §. hoc interdum 4. ff. de flum. videtur & neminem posse prohiberi à domino, eò jure quo minus piscetur in flumine privato p. l. 13. in fin. de injur. l. 3. §. Item ser. 14. de acquir. poss. à quo tamen non malè dissentit Donell. 4. Comm. 8. Hoc certum est, posse quæ in diverticulo maris, aut fluminis solum piscari, si pluribus annis ibidem continuo piscatus sit solus, quod vult l. 1. si quisquam. ff. de divers. & temp. præscript. Secus esset si defisset piscari diverticulum illud nisi alius illud reoccuparet ad pristinam causam diverteret, quod innuit l. præscriptio 45. ff. de usucap. quò ipsò antinomia Inter l. si quisquam & hanc l. 45. bene conciliatur.

15. Post

15. Postquam a. flumina publica, vectigalia, & piscationum reditus ad Regalia sunt redacti. *c. un. quæ sint Regalia. 2. F. 56.* usus ille communis navigandi, & piscandi in fluminibus publicis, & privatis alienis desit, arbitror ferè & *riparum* ille usus publicus & communis, neq; aliter navigare in fluminibus commune est, nisi saluò à Dominis Regalium vectigali impositò, quod in *Danubio, Rheno, Albi, & Odera* conspicuum est. Item piscatura illa licentiosa multis jam seculis antiquata, eamq; Domini territoriorum, vel ex horum concessione Civitates municipales, vel accolæ ex præscriptione, vel alio habili titulo sibi acquisiverunt, quæ de re ubivis locorum consulendæ leges locales, statuta, conventiones, & Jura acquisita, Conf. Transact. de Anno 1612. Inter *Duces Pomery: & civitatem Stetinensem circa jus piscandi, in 4. Punct. Princip.* Unde statuunt Dd. posse principes ex causa in fluminibus publicis navigationes, & piscationes prohibere. *Peregrina. de jure fisci lib. 1. tit. 1. n. 19. & seq.* Si enim promiscua & Indefinita illa communitio legibus localibus, & constitutionibus non restringeretur & temperaretur, mundum & tranquillitatem publicam magis ne revangaret, ut loquitur Bald. quàm conservaretur?

16. Subjicimus res *Universitatis*. Quamvis quidem de Jure gentium *secundario* & *civili* communitio rerum omnium non bene esse posse inter singulos; Inter multos tamen, h. e. Corpora, Collegia, & universitates quandam esse quæ rerum *usum* convenit, ut communi hoc vinculo civili, collegiali, ac fraternò singuli de corpore contineantur, spectante rei *proprietas* ad totum collegium vel cives. In Civitatibus quæ *usum* communia seu publica sunt *theatra, forum, stadia, leges, jura, judicia, suffragia, l. 6 §. 1. de rer. divis. l. 7 ff. Quod cuiusq; univers.* cum simill. Exceptis quæ universitas habet loco patrimonii putat fundos publicos, vectigalia, molendina, &c. quæ solis magistratibus quæ proprietatem & reditus reservata sunt.

17. Hujus generis ait *Bocahov. ad § universitatis.* quæ in Fiscum Reipublicæ colliguntur, quod ita generaliter loquendo suspectum est. Exemplum posuit hic *Tribonianus* rerum universitatù in *Civitatibus*. Verum harum non omnes habent *ius fisci* si civitates Imperiales liberas excipias, quæ habent & *ius Archivi*, quod cum apparatu probat *Ruland. de Commis. l. b. 5. cap. 4. n. 41.* Municipalibus vero neutrum horum competit, quippe cum sint instar privatorum per se regalium sunt incapaces.

Leum

dicandi dedit potestatem. Sed quæ hæc tam variè. Arbitror cum Ægidio Hortensio Justinianum omittentem antiquiora, loqui hic de moribus sui temporis, per Pontificesq; intelligere Episcopos vel antistites locorum, ut in simili patet ex c. 1. 2. & 3. de Consecrat. dist. 2. Amplius innuere videtur Justiniani constitutio in l. sancimus 21. de Sacros. Eccles. A primordio quidem Romæ Romulus ipse sacra obivit munia. Hæcarnas lib. 2. Deinde Numa Pompilius Pontificum extitit author, unde Collegium Pontificum coaluit. Ipsi deniq; Imperatores non tantum Ethnici, sed & Christiani, quod de Constantino usq; ad Gratianum testatur Zosimus lib. 4. histor. Pontificum nomen sibi asciverunt. Imo Maximiliano I. propositum fuisse de Papatu Imperio conjungendo, ex ipsius literis. A. C. 1511. ad Paul. à Lichtenstein datis constat apud Goldast. in Reiches. Saßung p. 3. fol. (nubi) 96. de qua successione competentiâ vid. Constitut. Ludovici IV. Imper. & Alpharus de planctu Eccles. lib. 1. art. 68. apud eundem Goldast. d. loco. Ergo quia ipsi Imperatores Pontifices simul extitere, res Deo sacras dedicare ac consecrare potuerunt, quæ forsâ Vlpian. in. d. l. 9. § 1. de R. D. mens est, licet Dedicare & Consecrare sapiant quæ vocem quicquam diversi. Quomodo intelligendus Livius. lib. 9. in fin. notat Bachov. h. loc. n. 3. quod tamen non nisi in Democratia potissimum obtigisse deprehendo.

19. Ad præsentia ergo post Justinianum eundem est. Episcopus fuit ille qui res sacras Deo cõsecraret, templa, Calices, vestes, libros &c. de quo ritu vid. Novell. 13. c. 7. Legenda Patrum apud Sacc. Homiliar. part. 4. fol. 17. Tit. 1. de Conservat. dist. 2. per tot. Quos tamen ritus consecrandi, & Episcopos consecrantes in terris A. C. non agnoscimus, Jurisdictione enim Ecclesiasticâ per transactionem Pasfaviensium A. C. 1555 ad principis Imperii, Jure superioritatis devolutâ, non diffitendum quidem, quod olim conquesti sunt ad Imperatorem Protestantes: Die teutsche Nation hat viele/ die den Bischofflichen Nahmen vnd Titul tragen/ aber keinen Bischoff haben wir der das Ampe ausrichtet. Apud Frider. Hortled. de bil. german lib 1. c. 37. p. 272. Optimè tamen inter hosce principes, hac de re convenit, ut ea quæ sunt Ordinis seu quæ concernunt prædicationem verbi, ordinationes, & consecrationes expediant per Superintendentes Generales, quæ vero sunt L. Diocesana, & Jurisdictionis per Consistoria, quæ per Ecclesiasticas & Seculares personas idoneas exercent.

20. Consecrantur ergo hodie ædes sacræ concione Ævangelicâ, & administratione cœnæ Dominicæ regulariter ab Antistite, seu Superintendente Generali, & super donariis benedictione habitâ, papalibus ceremoniis penitus explosis. Quod religiose & plenè deducit Saccus *d. loc.* Hæc cõsecratio dicitur publicè facta, privata sacræ, uti olim, ita nec hodie pro verè Sacris reputantur. Sanè ædes DEO consecratæ non tantum sacræ, sed & locus collapsis ædibus sacer manet, quia consecratio non tantum ædificium, sed & locum afficit. Secus est in locis profanis. In litore locus occupatus extructõ ædificio fit privatus, collapsõ ædificiõ redditur cõmunis seu publicus; Occupatus locus sacer ab hostibus sacer esse desinit, liberatus verò ab ea calamitate, quasi postliminiõ pristino statui restituitur, atq; in tali casu si res mobiles sacræ, veluti Calices vestes &c. ab hostibus alienentur, eò ipõ momentõ sacræ esse desinunt. Donell. *lib. 4. Comm. jur. Civil. c. 1. p. 225. n. 30.* Extra hunc casum fortuitum belli expediti Juris est, res sacræ regulariter non posse alienari, *l. sed Celsus 6. in. pr. l. si in emptione 34. §. 1. ff. de contract. Empt. l. 2. C. d. s. s. Eccl. les. nec, quæ tales in feudum dari. Rosenthal. c. 4. Conclus. 13. nec usu. capi. l. usucapionem 9. ff. de usucap. neq; in profanos usus transferri. c. semel. 5. de RI. Ideo justè est succensendum majoribus nostris, quicunq; in Papatu ad pias causas legata, & donata ad profanos usus converterunt, eò enim ipõ quod fortasse obtenderent dicatas res fuisse ad usum impium, & hæreticum, ipsi ad tanto meliorem, magisq; pium, & DEO gratum usum conferre debuissent: Sichard. *m. l. si in testamento 10. C. de Testam. n. 6. Hænon disputat. 4. thes. 4.**

21. Alienari tamen possunt ex justis causis, solennitatibusq; adhibitis quas lex desiderat per Novell. 7. c. 8. l. jubemus *et Anth. Hoc jus porrectum. C. de SS. Eccl. les.* Causæ sunt 1. Urgens Ecclesiæ necessitas si Ecclesia æs alienum liquidum, & confesatum exsolvere non possit. 2. Redemptio Captivorum, vel famæ. 3. Evidens utilitas Novell. 520. c. 8. 4. Detrimentosa incommoditas. *can. Terrulas 53. caus. 12. q. 2, conf. can. præcedent, 52.* Ex quibus causis non tantum res sacræ mobiles & immobiles, sed etiam Ecclesiastica, villæ, pascua, & prædia Ecclesiastica, decimæ, redditus, obventiones annuæ alienari possunt, si simul certæ adhibeantur selemnitates, præcedat ante tractatus, interveniat autoritas superioris, Consensus capituli, & subscriptio Clericorũ, quod notat Welfen-
B 2

bec, p. 2. *Consil. 9. n. 6.* cum seq. Interdum solius Episcopi Consensus sufficit. d. c. *Terrulas & praeced. 5. e.* refert & ibidem Wesenbec, se à Clarissimis practicis intellexisse omnes hasce circa rerum, sacrarum aut Ecclesiasticarum alienationes circumstantias non semper fuisse adhibitās.

22. Confectarium est quantumvis Clerici & Ecclesiastici à Collectis & tributis sunt immunes, *c. non minus. c. adversus Extr. de Immunit. Eccles. c. Clericus in med. de Immunitate Eccles. l. 5. C. de SS. Eccles. l. 2. C. de Episc. & Cleric.* regulam tamen hanc in eo casu ubi inevitabilis subest necessitatis causa, quæ legem ob publicum favorem temperat, pati exceptionem, inter Theologos & Jctos convenit. Necessitati n. nulla lex posita est, sed ipsa legem dat *c. 4. Extr. de R. J. c. 78. eod in 6.* tum & publica utilitas cuilibet privilegio est præferenda. *l. 3. C. de primipilo. tit. 63. lib. ult. l. Jurigentium 7. §. 16. l. Jus publicum. 38. ff. de pact.* Et probat hoc Novell. *7. c. 9. §. etiam l. 10. C. de SS. Eccles. l. 2. C. Qvib. mun. nem. lic. excus.* Schuff *Conf. 44. n. 18. Cent. 1* Thoming. *decis 95. n. 21. & seqq* Necessitatis a, hæ causæ ad extraordinarias præsertim collectas Clericis imponendas esse possunt, redemptio Domini captivi, resectio murorum, fontium, munitio propugnaculorum, & alia quæ ad publicam spectant utilitatem. Imo bellum contra Turcam suscipiendum, quod graviter inculcat *Recess. Imper. Spirensis de A. 1542. §. Vnd in diesem Christlichen milden Werck. cum 8. seqq. & §. Vnd diewell.* Item: *ders wegen auch billig solche Anlage niemand verendern/ auch dagegen einige Freiheit/ Verträge oder Altherkommen fürziehen soll.* Item *Recess. Imper. Spira habitus Anno 1644. in §. vnd zu diesem Christlichen. cum §. 10. seqq.* In hiscen. & similibus casibus ob communem commodi perceptionem, neq; Ecclesiastici, neq; ipsa Ecclesia, licet privilegium in corpore Juris clausum habeat, abundare debet exemptione in præjudicium publicum *l. 7. C. de SS. Eccles.* Nulla namq; concessio privilegii contra utilitatem publicam extendenda, quod in simili declarat *Grot. de jure belli & pacis lib. 1. c. 16. n. 17. 23.*

23. Sic namq; ratione possessionis Collectæ à Principibus Imponuntur, quò casu Ecclesiastici non sunt immunes, siquidem in propriis, & patrimonialibus Clericus habetur pro Laico. *Bocer de Collect. c. 11. n. 18. & 23.* præsertim in tanto necessitatis casu. Quod si vero bona Ecclesiastica ad laicos fuerint delata, cessat privilegium, quia Immunitas rebus Ecclesiasticis tributa non ipsis adhæret prædiis,

prædiis, sed Clericorum personis vid. Philipp. Decium *in l. in omnibus 68. n. 18. de R. J.* ubi plura allegat. A personalibus verò aliisq; extraordinariis Contributionibus ubi præmissarum necessitatum nulla subest causa, exemptos esse, extra omnem controversiam positum est. Quæ exemptionis prærogativa Clerici non tantum prout habentur in terris Rom. Eccl. sed etiam in terris Aug. C. decorantur, quales personæ sunt Ecclesiasticæ quævis, quæ Ecclesiæ, superioribus, & inferioribus scholis publicis legitime vocati ministrant, Theologi, JurisConsulti, Medici, Philosophi, Grammatici, oratores, aliiq; liberalium artium Professores Auth. *Habita C. Ne filius pro Patr. l. 6. C. de profes. & Medic. l. 6. & 8. de vacat muner. l. 8. C. de metat. l. jubemus & l. 5. C. de advocat divers. Judic.* Horum Immunitas etiam redundat ad viduas quæ honestè in viduitate perseverant, tamdiu enim radii maritorum adhuc coruscant, hinc est quod ab onere decimationis *bon dem abjuge und nachschosse* / de Jure & consuetudine debeant esse exemptæ, quod graviter tuetur Cothman *sing. Respon. 19. n. 58.* Verum quare soli Poëtæ ex *l. 3. C. de Profes. & Medic.* nullâ Immunitatis prærogativa juventur, non immeritò quis miraretur. Nos rationem legis Imperatori non subministrabimus, quæ vulgariter sentire liceat Judicium nostrum disputando aperiemus.

24. Pergimus agere de rebus *Religiosis*. Vox hic *in specie* accipitur, pro loco sepulchri, aliàs in generali suo complexu continet etiam res sacras, & sanctas. De Jure Civili fit locus religiosus, ex privata mortui illatione, si inferatur in locum proprium, non alienum, neq; communem purum, nisi cum consensu socii, aliàs consensu hòc opus non est, nec in eum in quo quis habet proprietatem, alius verò usum fructum, nisi cum consensu usufructuarii. Hodiè ex scitis Juris Canonici privata illatio nihil efficit, sed requiritur ut vel per Episcopum, vel Magistratum loci ordinarium locus mortuis sepeliendis ritè destinetur. *c. adhuc 4. de Religios. dom.* Opus tamen est ut inferatur à Domino, vel quasi Domino loci: Unde si quis mortuum in locum alienum bonâ fide, datur Domino fundi actio in factum, ut alter mortuum vel removeat, nec erit locus religiosus, vel pretium fundi præstet domino, & erit locus religiosus; si verò in alienum locum malâ fide, & dolose intulerit, vel aliter sepulchrum

chrum violaverit, datur domino actio in factum de sepulchro violato ad interesse ejus ad quem pertinet, quæ actio etiam datur cuivis de populo, violator autem sepulchri sit infamis. *l. 1. & 2. §. Prætor. ait juncta gloss. in verb. pecuniaria & m. l. 15. ff. de Religios. & sumpt. funer.* Quær. utrum monstri illatione locus fiat religiosus? Neq; arg. *l. non sunt liberi 21. ff. de stat. hom.* Homo enim sepultus facit locum religiosum, non monstrum, quod formam humani generis non habet. Et quidem sepeliendus est homo totus, *Quid si in diversis locis ossa, membra ejusdem corporis sint sepulta, utrum diversa hæc sit sepultura?* Resp. Obtinuit illum locum duntaxat locum religiosum æstimari, ubi principale est reconditum velut caput. *l. cum m. diversis ff. de Relig. & sumpt. fun.*

25. Ante L. XII. Tab. non minus in urbem, quam in agros mortuum inferre licebat, quod postea L. XII. Tab. vetitum, quæ ita habet. *Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neq; urito.* Nonnullos tamen ob virtutis præmium, & populi favorem in urbe sepeliri concessum est, quod contigit Cornel. Syllæ. Livius *lib. 9.* Julii Cæsaris filix, & Pompeii uxori. Dyonyf. *l. 2.* Trajano, Aurel. Casiodor in *Chron. Eutrop. lib. 8.* Ne autem supultura in civitate fiat temporibus mediæ Jurisprudentiæ prohibitum est. *p. l. 3. §. 5. ff. de sepulch. viol. l. mortuorum 12. C. de religios.* quas & similes leges à Gothofred ad *d. l. 12.* allegatas, abrogavit Novell. Leon. *53.* Sit hoc, ut ut sit, Apud Christianos hodiè mortui in Cœmeteriis & Templis Christianò more sepeliuntur, quæ sepultura nulli honesto denegari potest, neq; creditori licitum obærato sibi debitori ob creditum sepulturam Impedire. *l. ullis de sepulch. violat. Novell. 60.* Exceptò hæreticò, excommunicatò, manifestò usurariò *c. sacris 12. Extr. de Sepult. c. quia in omnibus Extr. de usur.* Furibus & latronis in flagranti crimine deprehensis *c. 2. Extr. de furt. Judæis. c. Ecclesiam cum 5. seqq. de Consecrat. dist. 1* Et qui sibimet ipsis violentas intulere manus. Menoch *de A. I. Q. cas. 387. n. 31.* De Jure Saxonico, sub tecto domus dejiciuntur, vel sub limine extrahuntur, & rastro per carnificem impositi extra civitatem comburuntur, aut in loco supplicij destinato, nisi sint honestiores, in proximo Cœmeterio, sepeliuntur, quæ sepultura dicitur canina Gloss Germ. in *artic. 37. lib. 2.* Sandrecht in marg. Qui tamen bona sua, nisi alicujus delicti sibi fuere conscii ad heredes transmittunt, aliàs confiscantur.

Constit

Constit. Criminal. Carol. V. art. 135. Olim hæc corpora fuisse humata refert Tacit. 6. Annal.


26. Qvæ. Num. Cadavera punitorum sint danda cognatis ad sepeliendum. Resp. Aff. Devt. 21. v. 23. 24. Josua, 8. 29. l. 1. r. ult. ff. de cadav. punitor. nisi crimen fuerit atrocissimum. l. capitalium l. ult. de ff. pæn. d. l. 1. de Cadav. punit. Aliàs ex generali consuetudine cadavera punitorum relinquuntur insepulta. Heig. p. 2. q. 37. n. 34. nisi forsan excipias qui gladio puniuntur. Qvi autem corpora illa ut sepeliantur, clanculum auferunt, quod sæpè à consanguineis fieri afolet, arbitrariè puniuntur: Novell. August. Elect. p. 4. Constit. 24. De Jure tamen Canonico sine licentia possunt sepeliri c. quasitum 13. q. 2. Num ergo consuetudo, quod cadavera facinorosorum relinqui debeant insepulta, rationabilis sit, disputat Heig. d. p. 2. q. 37. in terrorem autem aliorum hoc rectè fieri indubium est. Sed concedenda ne hæc cadavera ad Anatomem? Resp. Non facile sunt deneganda ob structuræ humani generis cognitionem cuius utilitas, qui vero ea ad anotomen clam furantur, puniendi sunt. Gomez. 3. resolut. c. 14. & ult. Graviter puniuntur qui digitos, vel aliam facinorosi partem ad usum furti, vel incantationis abscindunt. Porro ad quos vestes ultimò supplicio affectorum pertineant benè tradit Jul. Cæsar. viliores, præter ea quibus facinorosus honestè sepeliendus, esse carnificis, pretiosiores vero inter milites esse distribuendas qvæst. 100. n. 4.

27. Prophanus ad res Sanctas. Hæ sunt quæ ab injuria hominum sanctione quâdam sunt munitæ, & defensæ, veluti, muri, portæ civitatum, legati, leges, &c. Ideo qui muros violaverit, eosque scalis admotis transcenderit, pænna capitis afficiendus. l. ult. ff. h. tit. l. 3. § in bello ff. de re militari legati ibidem sancti habendi & inviolabiles ubi in terminis mandati manent. l. fin. ff. de legat. Bart. in. l. 1. n. 2. ff. ad L. Jul. Majes. Indubitatum quidem capitis pænnam impositam transcendentem & violanti muros aut portas Romæ. Sed idemne in Muris & portis aliarum civitatum municipalium? Resp. Quorumcunq; opinionibus salvo assero de muris & portis civitatis Romæ. Item civitatum Imperialium liberarum imò fortalitorum. Municipiorum verò licet sanctæ sint, non aliter nisi tempore belli, non vero pacis, comprimis si quis non animò violandi muros, sed cum Satellites, vel pericu-


periculum imminens non aliter effugere potuisset, murum, vel portam Civitatis municipii transcendisset, pœnam Capitalementem, alioquin carcerationis & relegationis, dictandam esse, docet Jul. Clar. qui ad hanc rem præjudicium adducit *lib. 5 §. fin. præf. Criminal. q. 68. n. 29.* ad cujus partes discedimus.


28. Quæritur; Num verus Pomponius in l. ult. ff. h. sit. Remum ideo à Romulo fuisse omissum, quod murum Romuli transcendisset, vel transcendere voluerit? Ita tenet Florus ut alii non pauci inter Historicos famigerabile. Non abs re autem & ratione est quod videtur Halicarnas, Dubium vel simulatum augurium ansam ejus internecioni dedisse, non transcensionem muri, ambobus namq; fratribus hujus rei æmulatione incitatis, præhūmque committente multitudine reliquā Remum unā occupavisse Halicarnas. ita: Accedit eorum contentionem reliqua etiam multitudo, pugnam exorsa non expectat: Ducum Imperiō. Ita certatum est acriter, multis utrinque cadentibus. Casō etiam Remō, Romulus victoriam miserabilem de fratre, ac civium mutuā cæde referens, defunctum in Remuria sepelit, ubi vivus urbem condere voluerat. Hic fraterni disfidii fuisse fertur exitus, Paulō post peractis sacris, convocatisque in destinatum locum omnibus, circumscripsit collem figurā quadrangulā, junctisque ad aratrum bobus mare ac fluminis, sulcum perpetuum duxit, qui murum esset excepturus. Unde Romanis hic mos circummurandi loca in condendis urbibus durat. Hactenus Halicarnas. Hinc fortè est ut muros quovis casu collapsos absque concessione Principis reficere olim non liceret. l. 9. §. 4. ff. de R. D. Hodie eò devenit ut etiam quælibet civitas municipalis Jurisdictionem certam habens eos reficere non prohibenda sit etiam inconsulto Principe, modo fiat sine suspitione inachinationis. Jan. Nicol. Dippold. *de collect. membr. 5. n. 115.* Omnes autem Incolas, ne ipsi Clericis exceptis ad refectorem murorum collectum posse idem edisserit n. 101.


29. Absoluta est materia Divisionum rerum, quæ extra nostrum sunt patrimonium, sequuntur illæ, quæ in patrimonio seu bonis nostris privatis esse dicuntur, quænam illæ sunt, & quomodo acquiruntur propter pagellarum harum angustiam excipietur disputatio. sequens sexta cum seqq.











the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart T1263 Serial No.

VVLGO DIATO die Klapper-Jagd. 33

§. XI.

Quodsi igitur in iudicio petitorio (a) super ipso ita di iure controuersia mouetur, is, cui solum inferiora minor, aut media, venatio data est, a nostro ueniam modo se abstinere debet in locis, ubi ferae maioribentur. Is autem, qui duntaxat superiori, siue maioribentur venatione, tali, vice versa, uti nequit in locis inferiora ferarum minores, aut mediae, subsistunt. Ratio assequius in promptu est, qui alterius ferarum per eiusmodi venationem disturbantur, et in aliena loca extra banerium transfugiunt (b). Non debet autem alteri per

eorum numerus praeter necessitatem non sit augendus, si-tem id quoque non facile permittitur, ut, praedio, cui venandi cohaeret, inter plures possessores diuiso, in locum unius iaculatoris, qui ante factam diuisionem fuit, postea res substituatur. Vid. Mandata Regis Prussiae d. 9. Maij. 4. d. 10. April. 1709. d. 8. Mart. 1712.

Actiones, quibus partes litigantes in iudicio petitorio exantur, sunt Confessoria et Negatoria utilis.

Audiamus ante, quam ulterius progredimur, ipsosmet uerres, quibus potissimum in sua arte credendum est. Huc me faciunt tria luculenta testimonia, quae sequentibus s concepta sunt:

Steuer der Wahrheit attestire ich Endes, Unterschriebener
l. Schwarzburgischer Ober-Förster hiermit auf Begehren,
das so genannte Klappern oder Klapper-Jagen, wenn
nehm.